



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dogmata Romano-Catholica Sæculi II. Nouatoribus contraria. Exempli gratia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

SS. Patrum, ac Scriptorum
Concordia, sub Papis
Sæculi II.

S. IUSTINVS Samarita, philosopho-
rum sectis omnium pertentatis, diu-
nitus ad doctrinam Christi capeffen-
dam instruitur anno 130. à Sene, qui ad
ripam maris obambulati apparuit, cum
catechisauit, simul disparuit, dato mo-
nitu: *At tu precibus tibi ante omnia lucis
portas aperiri optas; talium enim dare intelli-
gentiam Dei, Christi que est.* Bapuzatus igitur
aduersus gentiliū in Christianos
calumnias apologiam conscribit anno
147. ad Antoninum Imp. ac alteram
contra Crescentium: demum martyrio
vitam claudit. Descriptis eius Eusebius
& Hieron.

S. MELITO Sardensis Episcopus,
M. Aurelio Imp. apologiam pro Chri-
stianis offert, anno 172.

Catalogum librorum Veteris Test.
conscripsit, ubi librum Sapientie tribu-
it Salomoni.

Athenagoras, æqualis Iustini pro Chri-
stianis apud Aurelium apologista, mul-
tis claris scriptis. *Tatianus* vero S. Iusti-
ni auditor, pluribus celebris libris; at S.
Iustino martyrizato in hæresiarum
prorupit.

HEGESIPPVS Apostolorum disci-
pulus, an. 167. scripsit historiam Ecclesi-
asticam usque ad Anizetum PP. & libris
quinq; suam de fide declarationem te-
statur, in itinere Romam versus cum
multis contulit Episcopis, conformem
singulis, ut nec ciuitas esset, in qua diuer-
sum quid reperisset.

S. IRENÆVS, Presbyter an. 179. ab
Lugdunensium Martyribus captus Ro-
mam ad S. Eleutherium missus rogatū,
pacem in Ecclesia componeret aduer-
sum Montani factiones; Apostolicas
ibi Traditiones, ritusq; ac disciplinam
perscrutatus, pura omnia sinceraque a-
gnouit conseruari; proinde ad ea proto-
cans hæreticos constrinxit Valentinia-
nos, Marcionitas, Blastum, Florinum: e-
numerans Pontificum Rom. continuā
successionem, ac Monarchiam Ecclesie
demonstrans. Docebat item *Fidei tesse-
ram Miracula*, donaque S. Spiritus cæ-
tera, in solare periri Catholica Ecclesia.
Ita l. 2. c. 6. Demum martyrio consumma-
uit. Episcopus Lugdunensis; discipulo-
rum Ioannis & Polycarpi discipulus; na-
tion e græcus scripsit latine.

S. THEOPHILVS Antiochenus E-
piscopus, an. 170. apologiam pro Chri-
stianis dedit ad Aurelium; commenta-
tor in IV. Euangelistas eximius.

DOGMATA ROMA-
no-Catholica

Sæculi II. Nouatoribus con-
traria. Exempli gratia.

I. *Missam* adstruit, post *Diony. Arcop.*
Eccel. Hier. c. 3. *Iustinus* in apologia 2. *Ire-
næus* l. 4. c. 34. *illam esse Sacrificium*. ca. 32.
Iustinus dial. cum Tryphone, *Alexander*
Papa in Decretali: *Missæ Ritum*, Iustinus in
2. Apolog. Clem. l. 2. Stro.

II. *Liberum hominis arbitrium* asserit *Iu-
stinus* q. 103. *Irenæus* l. 4. c. 72. *Theophil.*
l. 2. ad Autolyicum *Athenag.* Alex. in pa-
rænetico *Clem. Stro.* l. 2.

e. 2

III.

III. *Gratiam Dei, iustificationis, & fidei* rationem ostendit *Clemens* Strom. l. 1. 3. 4. in *Pædagogico*, ac cæteri meritum *Christi* extollentes in *Apologijs*.

IV. *Opera ad salutem necessaria* docet *Clemens* l. 5. 6. Strom. *Theophylus* lib. 2. ad *Autolyicum* *Necessitatem pœnitentiæ* docet *Clemens* lib. 2. Strom. & in *Parænetico*.

V. *B. V. Mariam esse Aduocatam* asserit *Irenæus* lib. 5.

VI. *Sanctorum inuocationem* admittit *Iustinus* q. 28. & in *secunda Apologia*.

VII. *Signum Crucis* docet *Iustinus* contra *Tryphonem* q. 118.

VIII. *Veritatem Eucharistiæ, & Transubstantiationem* asserit *Iustinus* in 2. *Apolog.* *Clemens* 2. Strom. *Iren.* l. 4. c. 34.

IX. *Baptismum, Christum, & Ceremonias* docet *Iustinus* q. 136. *Irenæus* l. 1. c. 18.

X. *Prinatum Pontificum Rom.* testatur *Irenæus* l. 5. Et *Concilium Palæstinum* apud *Euseb.* l. 5.

XI. *Aquam lustralem* *Alexander I.* *Quadragesimam, delectumque ciborum* *Telphorus* *Papa*.

Porro in *Varijs* infra plura. Nunc pauca hæc suffecerint in exemplum: sic enim ire per plura licet.

Hæresiarchæ in Sæculo II. diffoni Papis.

GNOSTICI anno 120. nefandissimi à *Prodico* & *Carpocrate* prognati orbem & auram hanc incestarunt. Sementiuam eorum fudit *MENANDER*, *Simonis Magi* germen; ex quo *Saturninus* *Antiochenus* in *Syria*, & *Basilides* *Ale-*

xandrinus in *Ægypto*, prodierunt.

BASILIDES finxit (post 24. libros in *Euangelistas* scriptos) prophetias nouas *Barrabæ*, & *Barcoph*: *Angelorum* nomina noua: Hos condidisse *Cœlũ*, & hoc alios: *Idolothyta* comedere in persecutione, fidem eiurare, esse indifferentia: *Christum* se in *Cyrenæum* vertisse, illuisse *Iudæis*; non passum *Christum*, sed istum; proinde non liberatos nos à *crucifixo*, sed à *Christo*. Corpori non promissam salutem. *Pœccata* dicitur solum inuoluntaria, & ignorantia: cetera non: *Fidem* esse naturalem: In homine exercitum inesse *Spirituũ*, passum; his uti naturalibus, non repugnandum; licitasque libidines. *Realitatem* *Eucharistiæ* negauit; quod è *Virgine*, *Carnem* assumpsisset falsam *Christum*.

SATURNINVS finxit, *Deum* sic esse Creatorem, ut *Angeli* tamen *V. Heretici* mundum. *Deum* *Iudæorum* esse unum ex *Angelis* rebellibus; contra quod *Christus* sit missus homo puritatis. Ab angelis creatos homines bonos ac malos; & hæc dæmoni prodendis missum *Christum*: *Nubere*, generare à *Satana* esse; *Abstinendum* ab animatis: *Prophetias* alias ab *Angelis*, ab *dæmonibus* alias promanasse.

8. *CARPOCRAS* eodem exitu tempore, *ADAMITARVM* & *Gnostico*ri parens, magusq; finxit delicta esse præcepta, *Libidinibus* exhaustis omnibus tum demum supra *Angelos* fore homines euehendos; *yxotes* esse communes oportere; *prolificationem* caueri; forte conceptum, natumque in mortario cõrundeat cum melle, pipere, vnguentis litabant *Deo*; hocque *Pascha* suum dicebant: